


AN. XV - N. 94

MM. AUGUSTO ET SEPTEMBRI

AN. D. MCMXLV



PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

De studiis litterarum et humanitatis.	
	PARDINILLA
Mars,	GIRAL
Nova et Vetera,	MIR
Carmen Allegoricum,	FANEGO
Comentario al canto VI de la Ilfada,	RUIZ
Schola Latinitatis,	MIR
Morbus insanabilis,	PASQUETTI
De erratione Georgii Pelleterii pueri.	
	HABERL
Bibliographia,	TRISTANIUS
Exercitationes Scholares,	ASPA
	VIVES
	ARIZ
	CANALS
	BOSOR

Ordinarii et Superiorum permissu



SPES — DICCIONARIO ILUSTRADO LATINO -
ESPAÑOL ESPAÑOL - LATINO. — 2.^a ed. revisada por D. Vicente García de Diego. Ptas. 30

SPES — DICCIONARIO ABREVIADO LATINO -
ESPAÑOL ESPAÑOL - LATINO — Reducción del anterior para los primeros cursos del bachillerato. Ptas. 14

PABÓN-ECHAURI — DICCIONARIO GRIEGO -
ESPAÑOL con lista de formas verbales y apéndice gramatical. — 2.^a ed., revisada por D. José M.^a Pabón. Ptas. 40

DICCIONARIO GENERAL ILUSTRADO DE LA LENGUA ESPAÑOLA. Prólogo de R. Menéndez Pidal y revisión de S. Gili Gaya. Ptas. 100

CARACTERISTICAS PRINCIPALES DE LA OBRA

Ahonda en los usos y significado esencial de los verbos mediante una sistemática concatenación de sus acepciones.

Extrema la claridad en la explicación de preposiciones, conjunciones, adverbios.

Recuerda el origen de las palabras, mediante etimologías, prefijos, sufijos, parasintéticos, dobles etimologías.

Facilita la rápida y segura consulta de la Gramática, mediante la científica explicación de su terminología y los resúmenes de sus normas principales.

Trata los términos de religión, filosofía, derecho, etc., con especial rigor científico, dentro de la obligada concesión.

Señala los vocablos y giros incorrectos, junto con la expresión que deba substituirlos.

Da los plurales, diminutivos, pretéritos, etc., cuya formación puede ofrecer dificultades.

Concibe las ilustraciones, no como un mero adorno de la obra sino como explicación gráfica de la palabra.

EDITORIAL SPES

Paseo Emperador Carlos 1, 149

Teleg. EDISPES

BARCELONA - 13

Editorial GRAFICAS CLARET

Lauria, 5 - BARCELONA - Teléfono, 15013

PUBLICA: PALAESTRA LATINA

LA FIESTA SANTIFICADA

La hoja popular más amena e instructiva que se reparte en las Iglesias todos los domingos y fiestas de precepto del año.

Precio: 3 ptas el centenar

Variedad de libros.

Ultima obra:

MARAVILLAS DE FÁTIMA

por los Rndos. PP. Fonseca-Jiménez, S. J. - **Precio: 6 ptas.**

FÁBRICA DE MEDALLAS

CRUCES :: DISTINTIVOS

INSIGNIAS :: ETC.

A U S I Ó

PROVENZA, 376
BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis



Textos Palaestra

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

Apartado 1042. - Lauria, 5. - Teléfono 15013. - Barcelona

Para el Primer Curso:

Historiae Sacrae Compendium
(2.^a ed.) Texto, notas, vocabulario 4 pts.

Para el Segundo Curso:

Epitome Historiae Graecae
(3.^a ed.) Texto, notas, vocabulario 5 pts.

Para el Tercer Curso:

Ciceronis Epistulae Selectae

Solo texto latino	1 pta.
Texto, notas, vocabulario	4 ptas.

Caesaris de Bello Civili

Texto y notas	5 ptas.
---------------	---------

Para el Cuarto Curso:

Ciceronis Pro Archia Poeta

Solo texto latino	1 pta.
Texto, notas, vocabulario	3 ptas.

Ciceronis in Catilinam Oratio I

Solo texto latino	1 pta.
Texto, notas, vocabulario	3 ptas.

Para el Quinto Curso:

Virgilii Aeneidos liber II

Solo texto latino	2 ptas.
Texto, notas, vocabulario	4 ptas.

Para el Sexto o Séptimo Curso:

Prudentii Carmina Selecta
(agotado)

Canto 1.^o de la Odisea

Texto y notas	5 ptas.
---------------	---------

Primer Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial 3 ptas.

Segundo Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial 5 ptas.

Tercer y Cuarto

Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial
(en preparación)

Repetitorium

Libro de prácticas escolares para
las primeras clases de latín.

Contiene:

Programas, Vocabularios, Ejerci-
cios, Temas, Curiosidades,
Indices

Precio en simil tela	15 ptas.
en cartoné	12 >

Palaestra Latina

Colección completa,
desde Enero de 1930
hasta Diciembre 1942,
en fascículos sueltos 100 ptas.

De próxima aparición:

Horatii Carmina Selecta

Texto, notas, vocabulario

Crispi Sallusti Selecta

Texto, notas, vocabulario

Canto 2.^o y 3.^o de la Odisea

Texto y notas

EN PREPARACIÓN OTROS TEXTOS

Descuentos especiales a librerías y, en pedidos de consideración, a Profesores y Colegios

PALAEstra LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesatarum in Hispania et Lusitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinona - Apart. 1048

De studiis litterarum et humanitatis⁽¹⁾

Sunt ista, ut dicas, ajunt; at non ea res agitur; politior haec ars atque adeo cincinnata cultura, si quid per se ipsa commendationis habet, tamen nihil gravioribus disciplinis utilitatis afferit, potiusque ab ea abhorrente videtur. Quod exempla confirmant putantque eos, qui ciceronianii dicuntur, omnino ineptos esse ad graviora studia pertractanda, jejunos, exsangues, exiles esse, extemporali facultate destitutos, cum nihil nisi diu meditatum et quasi calamistris stili inusitum proferant. Quibus ut nos a calumniis dictisque vindicemus, paululum insistendum est. Quoniam, igitur, nobis exempla objiciunt, quis, aut disserendi subtilitate, aut sententiarum pondere, aut doctrinac copia Aristotele, Theophrasto, praesertim Platone praestantior fuit, cujus ore Musae locutae esse dicuntur? Qui cum omnis disciplinae locos attigissent, tum, quod hoc facit, elegantissime scripserunt. Quorum ex ludis Isocrates, Demosthenes optimique humanitatis magistri prodierunt? Atque ut proprius ad objurgatorum convicia accedamus, quis apud latinos plura volumina eaque diversae doctrinac scripsit Cicerone? Ad recentiores, eos qui Ciceronem imitati sunt, veniamus. Possum hic, honoris causa illos praestantissimos sacri senatori viros nominare: Petrum Bembum, cuius elegantissima scripta proxime ad Ciceronis et aequalium pervenerunt; Jacobum Sadoletum qui Philosophiae partem eam quae est de Moribus, pertractavit, atque psalmos regii vatis et epistolam Pauli ad Romanos explanavit; Seripandum, Gregorium Cortesium, Hadrianum, Polum, qui non minus scriptis quam factis pulcherrimis ordinem Ecclesiae senatorium illustrarunt. Sunt eorum, inquit, scripta illa quidem optima, sed pauca admodum et brevia ut videatur stilos ciceronianus abhoruisse ab hac materia. Respondeo, primum, scripta non tam esse numeranda quam ponderanda. Pluris ad posteritatis memoriam, Pauli Manutii vel Antonii Mureti, —loquor enim de ciceronianis—, epistula vel libellus erit, quam aliorum qui quaevis effundunt volumina ingentia. Hinc illud Callimachi: *magnus liber, magnum malum.* Ita Euripides, cum tribus diebus, tres tantum versus fecisset deque hoc in conventu palam queretur, cumque illico quidam centum se illo ipso die versus fecisse gloriaretur: «Centum, inquit ille, uno die, ad unum diem; ego tres ad memoriam sempiternam».

(1) Cf. fast. superiore, p. 83.

Desinunt igitur isti, qui ineptis voluminibus tabernas onerant, ciceronianis exprobrare, quod pauca admodum, si cum aliis conferantur, effundant. Quin ne defuerunt quidem, praeter eos quos supra laudavi, qui copiosius de rebus sacris deque varia doctrina stilo ciceroniano scripsérunt; puta Hieronymum Osorium, Lusitanum, Jo. Genesium, Sepulvidam Cordubensem, duos Corrados, aliosque quos nihil attinet percensere. Quod si velimus per omnes disciplinas cogitatione discurrere, nulla fere est quae non possit Tulliana elegantia exprimi, in qua non optimi ejus imitatores floruerint. Omitto eas artes quae in ipsorum optimorum scriptorum singulorumque verborum interpretatione versantur, cum innumerabiles fuerint politioris stili praeceptores ac magistri. Rhetorica etiam, tota sunt nostrae artis. Historia autem, et scripta optimo genere dicendi est, et ipse Cicero suum in ea solum exercere voluisse (fuit enim impeditus) testatur. In Dialecticis multum ipse Cicero elaboravit, cuius haec de re scripta, primum, Severinus Boëtius, deinde Rodolphus Agricola sunt interpretati, demum integrum ex Tullianis fontibus disserendi artem, Jac. Perionius tradidit. In arte medica habes in veteribus Celsum et Coelium, satis ad optimos scribendi magistros accedentes. In jure civili, Papinianus, Paulus, Ulpianus ita loquuntur non ut melius ipsum Ciceronem iisdem de rebus locuturum fuisse, dicas. Denique in nostrae fidei controversiis, —longum est enim omnia recensendo complecti—, habemus Melchiorem Canum, de locis theologicis, Pau. Cartesium, qui Magistrum Sententiarum latino sane sermone interpretatus est. Quibus in omnibus disciplinis, ne nimio elegantiae studio peccetur, interdum verbis minus latinis uti debemus, ut dilucida fiat oratio, in quo, illud verissime valeat: *Onari res ipsa negat, contenta doceri.* Neque hoc ipsi Ciceronis aemuli, recusant, cum ipsem et quam saepissime hocce admoneat:

«*Quod quidem (ita in tertio de finibus) nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cuius usus vulgaris communisque non sit, multam novitatem nominum esse, cum constituantur earum rerum vocabula, quae in quaque arte versantur.*

Itaque et Dialectici et Physici verbis utuntur iis quae ipsi Graeciae nota non sunt, Geometrae vero, Musici, Grammatici, etiam more quodam loquuntur suo, item ipsae Rhetorum artes quae sunt totae forenses atque populares, verbis tamen in dicendo, quasi privatis utuntur. (De fin., 3, 7, 33) Quoniam vero qui limatius scribunt, verbis interdum minus delectis in quibusdam disciplinis uti debeat, non ideo sequitur ut hae orationis omnino ornatum rejiciant.

Hilud, denique, levissimum est quod quidam effutiunt, eos qui Ciceronem imitantur, dicendi ex tempore facultate destitui. Quid enim? immodicam mihi garrulitatem laudas? anteponisque eos qui quidquid in buccam venit, profundunt, iis, qui nisi tacite ante meditatum eliciunt nihil? Quanto magis illi efferendi sunt, qui hac virtute delestantur, quae etiam in hominibus negotiosis, in iis, inquam, qui praesunt, tantopere laudatur? Cujus maximo documento clarissimi illi imperatores fecerunt, Caesar et Augustus, quorum alter diligentissime vel minimos commentarios et notulas manu scribebat, de altero proditur, cum timeret ne sibi memoria

consonescenti deficeret, de scripto, cum verba fakturus esset recitare maluisset. Praeclare id quidem et de optimorum sententia; cum enim quis in conventu, nisi paratus dicere reformidat, argumento est, se multitudinis vereri et dignitatem et opinionem, quae laus et virtus virorum est clarissimorum sibique omnium benevolentiam conciliat.

EMMANUEL PARDINILLA, C. M. F.

M A R S

Mars, Jovis et Junonis filius creditur, in Thracia natus, quamquam alii primo hominem fuisse, postea vero deum tradunt. Fuit deus belli, pugnisque praecipit; homines artem bellicam et leges edocuit; dimicantes orationibus et allocutionibus erigebat. Ei alii dii comitabantur: «impetus amens, caecum nefas, irae rubentes, insidiae, discordiae, triplissima virtus, cruento vultu armata mors». Nec semper viator existit, sed aliquotiens vulneratus, vietus catenisque oppressus. Pluribus appellatur nominibus ob scelera sua et gesta bellica: femineus, rapax, indomitus, violentus, iratus, horrendus, armipotens, auxiliator, cet.

Plurimis locis Mars colebatur: in Thracia et Scythia, in Asia, in Gallia et Germania, in Italia et Romae praecepsim quae illum patrem et conditorem nominabat ejusque loco hastam venerabatur. Romulus, ut primus anni mensis eidem sacaretur, jussit: quo *Martius* diuus est.

Celebriora templa in ejus honorem erepta, fuerunt: quod extra Portam Capenam secus viam Appiam; hic locus Martis dicitur unde equiria incipiebant in victoriae memoriam qua romani gallos debellarunt. Prope templum *lapis manalis* erat qui sollemniter circumferebatur ad pluviam impetrandam. Caesar celebriorem excogitaverat aedem quam *Marti Ultori* Augustus, ad Caesaris caedem ulciscendam, in Foro conditam dedicavit. Marti immolabantur vituli, arietes, boves, tauri, lupi, canes. Sacri erant deo gladiatores —ideo et in harenis colebatur—, et milites qui in ejus tutela positi erant. Collegium quoque ad ejus cultum institutum fuit.

Festum praecepsimum a romanis Kal. Martiis celebrabatur —is enim dies natalis erat dei—, atque ludi in circu instituebantur.

Mars in nummis juvenis appetit imberbis, minaci vultu furens; alias armatus: capite galeato, dextera hastam cum clipeo gestans atque postratum conterens hostem.

JOSEPHUS M. GIRAL, C. M. F.

NOVA ET VETERA



PICTURA 6.^a

JUVENTUS ET SENECTUS

SCAENA SECUNDA. — DIES NATALIS AVI

1. — Decem anni effluxerunt. Parentes Johannis senes sunt, qui quidem nepotes, i. e. duos nepotes et unam neptim, unice amant. Hodie vero cum avi dies natalis sit, pueri faustum diem ei exoptant.

2. — Parvulus Petrus admodum puer est, quartum enim agit annum. Felein venientem prospicit, atque ejus venustum mollemque pilum et longulam caudam blandiri cupid; nec ipse cogitat sub illis venustulis pedibus cavendos et acutos ungues latere, qui illum radere possint.

3. — Soror ejus Gabrielula, quae eum manu apprehendit, gravior est; Marcellus vero lacernulā⁴ indutus magnā et zonā⁵ coriaceā, prae se fert quod viri est, quamquam breviores gestat bracas, quae tibialia⁶ manifesta praebent.

4. — Pater spissa et hiberna lacerna⁷ cum collari pellito⁸ cooperitur atque in sinu⁹ sericum sudarium fert; uxor vero ejus mitram coactilem, pennis¹⁰ ornatum, thoracem¹¹, boam¹² collarem, manucium¹³ gerit.

5. — Saevit frigus, nam hibernum anni tempus est. Totum diem nixit atque domorum tecta prorsus alba apparent. Nocte ingruit frigus; in caelo luna¹⁷ atque stellae¹⁸ micantes caliginem discutiunt.

6. — Misellus coccus²⁰ qui platēam prætergreditur ante medicinam¹⁶, lani-gero cane²¹ ductus, vere miserandus est. Justina famula²⁴ ptisānae capulam²⁵ admodum calidae et saechāro conditae e culina infert.

7. — Avia³, biculo²⁴ subnixa, ex arcisellio surgit, ocularia²⁶ quaeritans, in monopodio posita, ut curationem quam medicus²⁵ praescripsit, legat.

8. — Interdum levibus offensionibus, capitis vertigine, gravedine, dentium doloribus vexatur; ejusque crura debilitate laborant nec vegetiores sunt oculi. Sensem tamen medicum irridet, qui subinde medicamentum²⁸ praescribit. Hodie autem laetitia gestit, quia apud se parva convēnit familia.

9. — In eo cubiculo, admodum [a trigore] defenso, esse juvat; in foco²⁹ enim marmoreo luculentus ignis³⁰ flamas edit, atque perjundum est ad tenuem lychni³¹ lucem, quae modo succensa est, [res videre].

10. — Vel ipse avus³³ infirma se fuisse valetudine, et artium doloribus in arcisellio³⁴ fixum detineri atque heri quoque febricula et animi defectione male habuisse, neglit. Neque curae habet se superiore hieme pneumonia atque rauca et violenta tussi valde laborasse. Et tamen haud facile ex morbo convaluit. Nunc autem meliuscule habet; at crus, quod in pulvīno³⁸ super scabellum³⁹ subnixum habet, eum etiam nunc maxime excruciat.

11. — Cum obtegitur birro domestico eoque calido, ornato magnis e concha globulis, atque prope patre orbatam habet quae sibi commentarium diurnum legat, quaque pileum album atque vestem aliculamque caeruleas gestat, minime queritur.

12. — Quotannis, cum calendarium⁴³ hunc diem, primum mensis decembris, reducit, ipse nepotes avide exspectat, nam illos hujus præcipui dici haud immemores fore [certo] scit.

13. — Animo movertur cum sibi in mentem illius temporis venit cum ipse nobilem imperii marescallum, puerorum proavum, conveniebat ut faustum diem auguraret, cuius e pariete picta imago pendet.

VOCABULARIUM

- quartum agit annum, tiene tres años «cumplidos», (=está pasando el 4º).
 seles [is], is, f. /m/, gato, chat.
 pes, pedis, m., pata, patte.
 radere, arrancar, égratigner.
 gravis, e, serio, formal, sérieux.
 lacernula, ae, capa, manteau.
 zona, ae, cingulum, i, n., cinturón, ceinture.
 prae se ferre quod viri est, parecer un hombre.
 tibiale, is, n., media, bas.
 7 lacerna, ae, f., gabán, pardessus.
 8 collare pellitum, cuello de pieles, col de fourrure
 9 sinus, us, m., bolsillo, poche.
 sudarium, linteolum i, n., pañuelo.
 12 *boa collaris, (adject.), boa, boa.
 13 manucium [manuleum], i, n., manguito, manchon.
 saevit, ingruit frigus, hace mucho frío.
 16 medicina, medicamentarii taberna, [pharmacopolium], farmacia.
 21 canis laniger, perro de lanas, caniche.
 ptisana, ae, f., potio, onis, f., tisana, tisane.
 15 capula, ae, f., taza, bol.
 arcisellum, ii, n., butaca, fauteuil.
 monopodium, ii, n., mesa, velador, table.
 offensio, [incommoda valetudo] indisposition,
 achaque.
 capitis vertigo, rabido, vertige.
 gravedo, inis, f., resfriado, rhume.
 vegetus 3, vivo, vigoroso, bueno.
 defensus (a frigore), abrigado.
 esse juvat, se está bien, da gusto.
 focus, caminus, i, m., hogar, chimenea, cheminée.
 lychnus, i, m., lámpara, lampe.
 artuum dolores [rheumatismus, i]. reuma.
 animi defectio, desmayo.
 male, (melius) habere, encontrarse mal (mejor).
 pulvinus, i, m, cojín, coussin.
 birrus domesticus, bata de abrigo, de casa, robe de chambre.
 concha, ae, f., nácar, nacre.
 globulus, malleolus, i, m., botón, boutón.
 commentarius diurnus [diurnale (tolium)], diario.
 alicula, ae, f., esclavina, pelerine.
 marescallus, i, militiae magister, mariscal, ma-rechal.
 animo moveri, conmoverse.
 in mentem venire aliquis rei, acordarse, venir a la mente.

EXERCITATIONES

- MAGISTER: Dic mihi, Carole, praecipua, quae in pictura vides
 CAROLUS: Per fenestram video domos vi-cti nive obtectas, ex quo efficio frigus esse tempusque hibernum; misellus quoque caecus cum cane pertransit plateam.
 MAGISTER: Optime!, et in cubiculo qui sunt?
 CAROLUS: Tota familia: et avia et avus et parentes et liberi et medicus quoque sedens ad monopodium qui remedium vel potionem aviae praescribit; et famula quae ptisanae capulam seu potorium defert. Sunt et alii. Avus et avia infirma laborant valetudine.

- MAGISTER: Et noctem an diem effingit haec pictura?
 CAROLUS: Noctem, nam et stellae et luna in caelo lucent et in cubiculo lychnus incensus est. Ibi certe juvat esse, nam frigus flammis et calore ex foco orientibus pellitur.
 MAGISTER: Et parvulus Petrus quid attingere cupit?
 CAROLUS: Felem accedentem, quae cardam movet et ungulas habet quae puerum radere possunt.
 MAGISTER: Quo anno die haec sicut?
 CAROLUS: Primo die mensis decembris, in avi natali.

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

(s) Versio Latina opusculi *Livre explicatif des Tableaux Delmas*. Editorum licentia prodit: jura proprietatis vindicantur.

Carmen Allegoricum

*Exmo. ac Rodmo. Domino Joseph Souto Vizoso titulari Episcopo
Elusano Auxiliarique hodierni Archiepiscopi Compostellani, fausto
consecrationis die, filialis dilectionis bumillima oblatio.*

I

*Umbriferum inter secessum florentis agelli,
tersis quem lymphis manantibus abluit amnis,
corde gemens senior pastor tristissimus orat,
suspiciensque oculis in caelum turgidulis, baec
paulatim repetit subeuntia pectore ab imo:
Illico pastorem mihi des, Divine Magister!*

II

*Gyris ac levibus nebularum ceu fluitantum,
purpurei superans nimbos flavique coloris,
caerulei caeli suprema in sidera tendit
thuris suffimen fragrans, oratio supplex
pastoris vetuli sublimis abibat ad almam
Aeterni sedem noctis comitata nitore.*

III

*Mittere splendores cum sol inceperat albos,
ruraque monstrabant veris pulcherrima signa,
ales melliferos fundebat gutture cantus,
diva columba vibrans fulgentes candida pinnas
summo de caelo labensque celerrima lapsu,
laetabunda super volitabat sede chorali.*

IV

*Nox cum incenderet astra nitens, ut floreus imber,
ibat de clivis rumor blandissimus aura,
Israelis ceu Pastoris nuntius echo;
pubescente thymo casia imi vallis in umbris
singultus edit teneros per somnium Amyntas
fronde super viridi laurina perbene olente.*

V

*Maneque jucundo mensis quo februa fiunt
obstrepit ac ludit pratis lactissimus agnus,
praenoscens parvi pastoris sibila dulcis,
laetitiam pandit pastorque vetusculus ore,
urbe in Mindonî vetere exsultantia prorsus
lactos cymbala clamores ad sidera tollunt.*

F. FANEGO LOSADA

Mindonii, XVII kal. Apriles, anno MCMXLV.

78. Λυχίων]. Los licios se toman aquí por los aliados todos que combaten por Troya. — ἐγκέκλιται], «se apoya», pesa, estriba: ἐρήρεισται, ἐγκείται (SCHOL.), pf. con sentido de presente, normal en griego.

79. Ηλάσαν ἐπ' ιδίον], «para todo empeño», para toda empresa; cf. SCHOL.: κατὰ πάντα τὰ μέρη τῆς μάχης καὶ τῆς φρουρήσεως ὑπεῖς διαφέρετε. — μάχεσθαι], ac. de relación, como φρονέειν, determinados por ἀριστοι.

80. αὐτοῦ], «aquí mismo», sin retroceder más, pues también Héctor y Eneas huían. — ἐρυκάκεται], «retened»; de ἐρύκω aor. ἐρύκ - ακον, con reduplicación extraña que también se da en γνίπ - απον, de ἐνίπτω «incretar», reprender; otros pres. homéricos: ἐρυκάνω, ἐρυκάω.

81. πάντῃ], «*undique*», por todo el ejército. — αὖται], «otra vez», como ya otras había sin duda acontecido. — ἐν χερσῖ], «en brazos» de las mujeres que estaban sobre la muralla, contemplando la lucha.

82. δητίσι], con sínecesis. — γάρμα], motivo de alegría; cf. I' 51.

83. ἐποτρύνγτον], «incitéis», reaniméis para el combate: ἐπὶ μάχην ὑπότρυνειν; dual después de una serie de verbos en pl. referidos a los dos héroes; el dual, en Homero, es un puro recurso métrico.

84. αὐθι], «aquí» = αὐτοῦ de 80. — μένοντες], «resistiendo».

85. καὶ μάκα τ. περ], «por muy agotados que estemos»; part. de sentido consecutivo, realizado por las partículas καὶ... περ, át. καὶπερ; Homero usa a veces sólo περ: α 6: ιερενος περ; A 131.

87. γεραιάς], *Var.* γεραιράς «Quod malunt Schulze et Wilamowitz». (MAZON); γεραιάς, fem. γεραιά = ῥιγράς (SUID.); sin embargo, no parece que la edad avanzada tuviera que ver con esta asociación de matronas a la que también Andrómaca (cf. Z 379, sigs) podía asistir; la lección γεραιράς significaría «respetables» como mujeres de los δημογέροντες y familia real.

88. νησόν], en el templo», ac. término de movimiento, sin prep.: cf. A 317 κνίση δ'ούρανὸν ἵκεν et passim.

89. οἰξασα], «mandando abrir», pues la portera del templo de Atena era Teano, esposa de Antenor, domador de caballos, (298); οἰξασα de (F)οῖγνυμι: en Hom. también ἀνα (F)οῖγω. — ιεροῖ δόμοιο]. Si el νησός de que habla en 88 no era un recinto cerrado al modo de los templos clásicos, sino un τέρενος «dominio» o terreno consagrado al dios, este ιερός δόμος sería una especie de capilla en que se guardara la imagen de Atena.

90. πέπλον], «manto»; πέπλος, m. = ἔνδυμα γυναικεῖον περόναις διακατεχομένον (AP 130, 3). — οἱ οἱ]. BENTLEY: οἱ Foi, haciendo neutro πέπλον.

92. θεῖναι], «que lo ponga»; inf. de sent. imperativo. — ἐπὶ γούνασιν], «sobre las rodillas»; según Estrabón (13, 1) la estatua de Atena que en su tiempo se mostraba en la nueva Troya, estaba de pie; "Ομηρος δὲ καθήμενον ἐμφαίνει πέπλον γάρ κελεύει θεῖναι Ἀθηναῖς ἐπὶ γούνασιν.

94. ἥντις], «de un año», *annicula*; etim. incierta. — ἥκέστας], «que no han sentido la agujada»; esta interpretación que es tradicional y corriente todavía, relaciona ἥκέστας con κεντέω, κέντρουν; cf. SCHOL. ἥκέστας = νέας, ἀδαιμάστους. ἀκεντήτους; otro sentido, totalmente diverso, en BOISACQ: «qui est en pleine maturité», referido a la raíz de ἄκ - μή, «flor de la edad».

97. μήστωρ], «inspirador», *nomen agentis* de μήδομαι, «pensar», meditar; de donde μήστωρ φοβούοι: «que hace pensar en» la fuga. cf. Δ 328 μήστωρες ἀυτῆς, «que saben de combate», guerreros.

99. δέδημεν], — δέδημεν, plusqpf. de la raíz δεῖ de donde δέος (=δέος), δεῖμα etc.; pf. hom. δέδην que el texto tradicional transcribe δείδω. — ὅργαμος] — βασιλεύς, ἡγεμόν (Ἡγεμόν), significación que apoya la explicación de ὅργαμος como colismo = ἀρχαμος; cf. col. στρότος = At. στρατός, etc., fenómeno corriente en col.

101. ισοφαριζειν], «competir»; derivado < ἵσος y φέρω = εξ ἵσου φέρεσθαι.

103. ὁγέων], «carro»; de ὁγος n., raíz εξ, como el lat. *veho* «llevar»; sólo se encuentra en pl. que hay que explicar no como plural poético, sino plural de nombre complejo; cf. ἔναρα, lat. *exuviae*. — ἀλτό], «saltó»; aor. de forma atemática de ἀλλομαι (<ἀλ-γομαι lat. *sal-iō*); para el espíritu de ἀλτό contra ἀλλομαι, cf. ἡμέρη y ἡμαρ, ἡλιος y ἡλίοις. La psilosis se mantuvo en palabras no usuales en la κοινή.

104. δοῦρα], «lanzas» porque el guerrero iba provisto de dos (VAN LEEUWEN lee ὁζες δοῦρε) por si se les quebraba una en el combate. De romperse las dos, echaba mano a la espada, y, finalmente, al puñal o sable que le pendía del muslo, junto a la espada; Γ 272.

109. ἀλεξήσοντα], «para proteger»; ptc. de fut. de ἀλεξώ (cf. ἀλεξήσεις 1251- emparentado con ἀλκή «fuerza». — ἐλέλιγθεν] = ἐλελίγηθεν; la desinencia primativa fué -ηγτ, de donde fonéticamente εν sujeto de ἐλελίγθεν τρῶες.

111. τηλεκλειτοί], «ilustres», cuya fama se extiende lejos (τηλε), sinónimo de τηλεκλυτοί; VAR. τηλεκλητοί «llamados de lejanas tierras».

112. ἀνέρες], métricamente, tribraquo, (τρίβραχος) a no prolongar la α inicial; ἀνέρες = «homines sub ducibus in bello», guerreros; y también = *viri, qui quae virorum potissimum sunt agunt*: «esforzados, valerosos». — θούριδος], «impenitioso»; cf. θοῦρος θούριος lat. *furo*.

114. βουλευτῆς], estos γέροντες βουλευταί son los δημογέροντες de Γ 149 los que forman el consejo de la ciudad.


116. κορυθαῖλος]. Epit. constante de Héctor (sólo en γ 38 se da a Marte), en cuya interpretación ya vacilaban los antiguos, refiriendo el segundo elemento ora a αἰσθός «vario», abigarrado; ora a αἰσθλω «mover, agitar». Naturalmente sólo el λόφος «penacho» podía ondular y moverse.

117. σφυρά], «los talones»; Héctor se echa a la espalda el largo escudo ovalado, y éste le golpea los talones y el cuello (σφ. καὶ αὐχένα) con el cerco extremo (ἄντος πυμάτη) de negra piel, que lo rodeaba. — ὄρχαλονσσα], «umbone instruēta galea», escudo abombado, no sólo por adorno, sino también para defensa: cf. Δ 448.

DANIEL RUIZ BUENO, C. M. F.

Schola Latinitatis¹

(E CHARTARIO SCHOLASTICO)



Hodie latinitatis scholam sub dio agere constitui ut eam linguam etiam nunc vigēre quodam modo ac florescere apud nos perspiciat; hujus igitur ludi specimen vobis trado ut summo opere ad linguam latinam ediscendam semper contendatis. Spero vos omnes animo adfuturos dum res singulas explico ac propria vocabula profero. Auspicemur...

Extra scholam eximus, domum relinquimus; ostio pessulum obdite.

Inspicite nunc Collegium. Continet pede plana ^a) ubi in fronte scholam ^b) agimus; in contignatione ^c) est aula ^d) in qua disciplinarum studio vacatis. In alia autem aedificii parte sunt culina ^e) et cenatio ^f) seu triclinium; in prima vero contignatione sunt bibliotheca ^g) et cubicula Professorum, ^h) atque in superiore tabulato ⁱ) et dormitorium ^j) et sacellum seu oratorium ^k) frequentatis. Domus —ut videtis— janua, foribus, feneſtris, scalis ^l) aliisque praedita est.

Sed nunc ad cavaedium...; ^m) ad dexteram sunt floricae, ⁿ) officina lignaria ^o) ^p), animalium cohors; ^q) illuc accedamus... Hic est canum cavea qui nocturno tempore latrantes Collegium hortumque a furibus ingruentibus custodiunt; ibi est suile, ^r) ubi pauci saginantur porci; huc est cella carbonaria, ^s) qua coqui carbonem et ligna educunt quibus dapes coquant; carbone etiam hieme laconica ^t) aluntur. In superiore contignatione columbarium ^u) fuit. Quaedam in ovili asservantur oves quae laetos agnos nutriendunt, quorum carnes —agninam et ovinam— saepius degustatis.

Gallinarium ^v) inspicite: prostat magna casa cum loculis ad gignenda ova atque ad noctis perfugium; ornatur janua vitrea ^w) ut lux et sol, hiberno in primis tempore, faciliter penetrent; nocte practerea tota casula electricide ^x) illuminatur. Videte, cuiusdam coloris sint gallinae? —Varii, sed albi et nigri coloris pluris aestimantur,

¹ Pictura Collegium nostrum Alabonense reprezentat, ubi haec latinitatis exercitatio habita est. — Numeri respondent picturæ, litteræ vero vocabulario.

quad frequentiora pariant ova. Minimi pulli huc illuc cursitant pabula conquirentes; matre gallina orbati sunt, nam e machina incubatoria i) prodierunt; non nulli ad aquationem accedunt, alii pedibus terram scalpunt et rostro feriunt. Ac ne in horum se prorripiant pulli et gallinae —aut in gallinarium feles, canes vel alii forte, haud optimo consilio acti, incursent— saepsto reticulato k) continentur. Pone gallinarium est cuniculorum familia; adeste!, nos conspexerunt: intentos oculos in nos defigunt: ille minimus pede terram percutit... et in fugam se vertit, omnes actutum eum consequuntur: cuniculi omnes in terrae cuniculos confugerunt, nullus e tota familia appetet.

Progrediamur; ad laevam est lavatorium l) seu machina et officina lavatoria ubi lavandaria ll): interulac, m) subulac, n) femolaria, ñ) pedulalia, o) tibialia, p) cet. singulis hebdomadis lavantur; pone vero sunt hydraulus, q) et dynamis quibus electricis domestica conficitur... Res tantum enumerare possumus, tempus enim aliud non suppetit.

Ad areas i) denuo accedamus: duas habetis in quibus et deambulatis et curritis et luditis pila trigonali r) ad sphaeristerium, s) vel in duas factiones divisi pediludio t) contenditis; saepe etiam — vos grallatores— grallis u) inceditis, turbinem v) agitatis aut trochum x) clavi volutatis. Aestivo vero tempore solem devitatis et ad umbram sedentes mentem ludicre agitatis cum domini ludo y) indulgetis, calculorum ludo z) vel anseris, a') castellorum expugnationi, b') talis, c') globulis. d') Ac bene agitis cum valetudini consultitis et ludo ut enim *sophus* olim meminerat

cito rumpes arcum, semper si tensum habueris,
at si laxaris, cum voles, erit utilis.

Sic ludus animo debet aliquando dari
ad cogitandum melior ut redeat tibi. (PHaed. 3, 14)

Toto igitur animo et contentione ludite cum fas est ut mens et melior et expeditior ad studium iterandum «redeat vobis».

Antequam vero hinc procedamus: inspicite ecclesiam' quo fideles ad sacra congregantur; desuper est parvum campanile ' d') in quo singulis annis ciconiae nudum ponunt; prominent fulminar (fulminivorum) e') et ventorum index. s f') Juxta ecclesiam sunt solarium g) clathratum, cubicula, + valetudinarium, s sacrificia seu sacrarium. 6

Sed jam ad floralia h') mentem et verba convertamus. Viridarium 's ingrediamur. Quot flores iique venustissimi! Vos flores plurimum amare cerno, optimi inter vos sunt viridarii cultores. Laurus in fronte est, maximo in honore apud romanos habita, nam ramulis lauri omina captabant: «crepat in mediis laurus adusta focis», inquit Ovidius; exstant in angulis palmae i') —quae certo palmae ad caelum tendere videntur—; his vero bellidiibus, ii') liliis, violis simulacrum Cordis Jesu ornatis. Nec desunt fragrantes rosae, paeoniae, j') gerania, k') excelsae et variae dahliae, l') cet.

Quid amplius? a) Vergilius si adstaret nobiscum quam laetus melliflua profunderet carmina cum apiarium nostrum videret. Quis vestrum aliquot versus memoria tenet? Quis liber Vergilii est de apibus?

—AL.: Quartus Georgicon, sed et amat de apibus comparationes, sic ante Car. thaginis moenia urbem et arcem extrui inspectans, Aeneas, et penos animo fingit apum examen labori intendentis: «Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mel-la». (*Aen.* 1, 435). —Optime meministis! —JAC: Et nos hic cum Tityro ad densam gatulamque tiliarum umbram frigus captabimus opacum ut mos est aut «levi somnum suadebit inire susurro» (*Buc.* 1, 55). —Bene pueros nostros!

Sed jam hortus ²⁰ voce sua nos vocat: messibus, frugibus, oleribusque ²¹ hortus laetus ridet; hortulanus enim noster quod de villico exquirit Cato in suo de re rustica libro diligenter explet: «Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat»... Hic fuit olim trichila ²¹) quam vehemens ventus absumpsit. Progrediamur; hortum in duas partes dividitur; hinc inde sunt ambulacula, ¹⁹⁻²¹ quae protensis pergulanis coronant atque umbra e vitium pampanis conveстиuntur. Quis verba murmurat? —HILLADIUS: ipsem illa Horatii repetebam: «Umbram hospitalem consociare amant ramis». Sed et canalis est ad rigandum cui et illa aptarem: «Laborat lympha fugax trepidare rivo». —Optime se habet, bene Horatio nostro...

Ex vitibus videte ut orientes pendeant uvae quae calore solis augescunt in dies ac materescunt. Quid hoc fructu, aestivo tempore, dulcius? Reliquas horti partes breviter percurramus. Inspicite phaseolos, ^{m'} caepas, ^{n')} alia, ^{ñ')} lactucas, ^{o')} brasicas, ^{p')} solana, ^{q')} lycopersica, ^{r')} medicam. ^{s')} Piri vero, cerāsi, pomi, fici, mali persici, ^{t')} armeniaci, ^{u')} pruni ^{v')} margines ornant, ex quibus certos fructus expectatis.

Hacc —quae dixi— hodie sufficient, reliqua quae de instrumentis agricolarum et laboribus et de arborum propagatione atque utilitate in aptiorem diem procastinamus. Valete, pueri.

VOCABULARIUM

- | | |
|--|--|
| a) planta baja. b) piso. c) comedor. d) plaza. | c') dado. d') bola. d') espadaña (campanario). e') |
| d) retrete. e) carpintería. f) corral. g) pocilga. gg) | pararrayos. f') veleta. g') azotea. h') parterre de flores. i') palmera. ii') margarita. j') peonia. k') geranio. l') dalia. ll') glorietta. m') judia. n') cebolla, ñ') ajo. o') lechuga. p') col. q') patata. r') tomate. s') alfalfa. t') melocotonero. u') albaricoquero. v') ciruelo. |
| e) estufa. h) vidriera. i) electricidad. j) incubadora. | |
| k) malla, tela metálica. l) lavadero. ll) ropa para lavar. m) camiseta. n) camisa. ñ) calzoncillo. o) calcetín. p) media. q) turbina. r) pelota para jugar a la pared. s) trinquete. t) futbol. u) zanco. v) peonza. x) aro. y) dominó. c) damas. a') oca. b') asalto. | |
| | Jos. M. MIR, C. M. F. |

Ut Seminaria, Instituta, Collegia m. augusti et septembribus fasciculum sub finem anni scholastici accipere valeant, aliquanto ante illum edendum curavimus. —Lectoribus, ut jucundissimis feriis aestivis oblectentur, vehementer optamus.

Morbus insanabilis

Lepidus, Marcus, Publius, Valero, multi e vicinis

LEPIDUS. — Et misero mihi ei misero mihi!

MARCUS. —(*ad Publum conversus*) Audit' quae loquitur? se miserum praedictat! sane animo male factum est huic repente inter viam... siste gradum... (*accedit*) quid tute tam tristis? unde et quis, homo, es? Silet miser... vide ut oculus ei liveat... ut gelidus ex fronte exoritur sudor... velim admoveas aures, si quid secum murmuraret, dum curro intro et aquam adfero...

LEPIDUS. — Nihil aquam moror, scio enim ego ipse quid mihi doleat

MARCUS. —(*cum aqua rediens*) Ecquid novi est?

PUBLIUS. —Dixit se nolle aquam bibere seque ipsum scire quid doleat sibi.

MARCUS. —Si haec dixit, resipuit mehercule.

PUBLIUS —Non resipuit, immo frendit dentibus, oculos huc illuc torquet truces, saepe sublime tollit pugnum minax

LEPIDUS. —Heul heul heul!

MARCUS. —Ibo et illico arcessam medicum, interim tute sedulo eum asservandum redeam.

PUBLIUS —(*aliquanto post*) Me oculi spectando dolent, monendo medicum, dum hoc ab opere se recipiat. Interea multitudo admodum frequens fit, et morbus ingravescit... ecce tandem venit...

VALERO. —(*ad Publum*) Quid morbi nactus sit, fac sciam illico

PUBLIUS. —At ego eo consilio te arcessivi ut id dicas mihi et eum sanum facias.

VALERO. —Perfacile id quidem est, nam sum arte tam insignis ut plus sexcentos soleam persanare in die (*accedit ad jacentem*) pulsus venarum languidulus... responde ex ordine., dolentne oculi? vident bene?

LEPIDUS. —Melius nocte quam die.

PUBLIUS — Iste, edepol, homo est felinus.

VALERO. —Os amarum? aridulae fauces? tibi unquam intestina crepant? facilisne obdormis cubans? performiscis usque ad lucem? pulmones integr? sinito me admovere aures (*admoveat aures*)... fac tussias semel... bis... ter... quater... sat. Nunc adeo spirat pulmones lenter contrahantur adspirantes, tum respiratus quam maxime dilatentur. Ita sistendo paululum... sani, sanissimi Cor? (*audit...*) item validum atque sincerum (*conversus ad praesentes*), fateor esse mirum hunc morbum quo, qui implacatur, toto corpore sanus sit idemque prorsus laboret. At cur id accidat et ex qua corporis parte iste laboret, hic sane explicandum est, sum enim ego medicus, non faber lignarius (*ad aegrotum morae impatiens*) responde ex ordine... atrum an album vinum potas? (*secum*) nam suspicor eum esse probe madidum

LEPIDUS — Solam aquam bibo.

VALERO. — Laboras, quod sentias, ex capite? ex jecore? ex renibus? ex pectori?

LEPIDUS —Minime, hercle.

VALERO. —Laboras a frigore nam hodie de improviso refrixit aer.

LEPIDUS. —Vehementer atque optime caleo.

VALERO. —Ergo quid?

LEPIDUS. —Ne pudet haec dicere; si vero in hac sententia persistiteris, fatebor equidem, si vis, mehercule. Nam ego labore... pro sancte Juppiter... labore...

OMNES. — Laboras... (*silent intentique ora tenent*).

LEPIDUS. —Laboro ex aere alieno.

VALERO. —Abire licet, amice; nam hic est morbus, cui nullum est remedium. (1)

G. PASQUETTI.

Ex opere Roma antica da vicino, Palermo, SANDRON.

De erratione Georgii Pelleterii pueri

XV. — Sed veniamus ad reliqua. Tertio die postquam nostri tam benigne excepti sunt quo diximus hospitio, diga quaesturæ advolat ad instituti portam ut reverherentur ad principale officium pueri. Hic Georgius cum magna admiratione conspicit ostentatum sibi a praefecto fasciculum capillorum Tomii, quem viderat in cista persecutoris sui. Et aderat corrugata scida ephemeridis, quam diligenter legerat. Hic ingenuæ officialem interrogat accepissetne istas res ab hero. Is arridens secum: Non habui satis documenta tantum prendre, comprehendimus etiam illegitimum eorum possessorem. Et alius quispiam docuit pueros, reos omnes jam deprehensos esse et ad extremum rem omnem esse confessos, et repertum esse omnia plenissime convenire cum illis, quae ab ipsis fuissent exposita.

Non tamen explicata est pueris, qui etiam parum intellexissent, indagandæ rei ratio et sociata per radiophonum custodum anglorum opera, qua non modo celeriter inventa Tommii mater est, sed etiam patefacta est scelerata machinatio quam is, qui ad litteras parochi accurrerat, immanum bonorum Hedithæ curator et a secretis fiduciarius, jampridem struxerat ad opprimendum heredem legitimum paternarum facultatum. Sic egregius ille officialis aperiens pueris Tommium a mamma sua una cum suo servatore apertis bracchiis exspectari, eosque comitatos custode Gallico post paucas horas profecturos esse, oratione sua persuasit eis consecuturos jam esse, quod tam diu cuperent.

Profecti autem sunt ex statione Lugdunensi curru primi ordinis tramenti luxuriosi, et cum iter totam continuandum noctem esset, cubiculato vel dormitorio curru. Nunquam Georgius somniaverat facturum se iter tot circumdatum commoditatibus. Cenatum est in cenaculo curru illuminato lampadarum splendoribus pretiosisque vasis et instrumentis escariis. Et totam noctem nullis factis stationibus decursum est. Et Tommiolus quidem imperturbate dormiebat in lecto vicino suo. Georgiolus ipse non multum aut nihil dormivit: nimium enim movebatur animus ejus gaudio, quod tam prosperum coepit sui prospiciebat eventum, et semisomnus grata repetebat memoria tot signa praesentis sibi semper auxiliī Deiparae. Obdormit et evigilat identidem, dum illuxit. Sed etiam vigiles pueri stupentibus oculis contemplantes praetervolantes vicissitudines rerum sibi videbantur splendida somniare ludibria oculorum.

Repente ex tramento egrediendum erat transeundumque in pulchram navim, qua transmissum fretum Gallicum est, postea ferrovia rursus vesti exceptique diga opima perveniunt ad cancellos sumptuosaे villaе. Lector ipse fingat cogitatione et animo, quibus affectionis significationibus ibi sint excepti, quam affectuoso fuerit adventus ille spectaculo. Mihi satis est dicere ita fuisse divitis matronae cum Tommio, qui vere erat ejus filiolus, congressum, ut animum commoverit etiam eorum qui aderant virorum: duorum custodum Anglorum, qui custodes Gallos adjuverant ad expediendum feliciter investigationis negotium. Nihil fortunatius Tommio erat, qui suam invenisset matrem. Georgius, ut par erat, particeps erat

gaudii amiculi, cui tantum boni conciliasset, et ab illa bona matrona curis vere maternis habebatur. Quae cum diu apud se in villae suae magnificentia habere volebat. Sed ipsa familiae ejus felicitas admonebat Georgium, ut quam primum properaret ad suos, illo, ubi in agresti casa se sua mater exspectaret non minus sollicita, quam Tommum desiderarat sua. Itaque nobilis matrona Georgium a se discedere passa est, non sine lacrimis, comitatum custode, qui tam egregie functus erat munere. Itaque eum nova induit ueste et elegantiore, quam quo utebatur, et donatum multis aliis donis et summa pecuniae dimisit, verba ingeminans magnae gratiae, Tommio ultima dante signa amoris ei, quem etiamtum suum vocitabat fraterculum.

Et plura fere habuit redditus quae commoverent animum Georgii, quam habuerat accessus, non tantum idcirco, quod partem viae confecit in aere, sed maxime quod mente et animo praegustabat gaudia occursionis, quae ei lentam reddebat acceleratissimi tramenti praecepsitionem, quo a Parisiis ad oram Italicae est vectus. Genuam cum ventum esset, minister publicus deduxit ad tramentum ferroviarium quo paucis horis per Ovadam et Aquas ferretur suam in patriam, et jam functus officio a puero discessit. Qui solus, et jam non errabundus, pervenit ad casam impositam colli Montis Ferrati cum crepusculo. Etiam hic remittitur cogitationi tuae, lector, qualē fuisse putes amplexum Georgii et ejus parentum. Tibi satis sit a me audire puncto temporis per omnem pagum volasse nuntium, breveque parocho duce confluxisse homines ad rusticam casulam tum demum post diuturnum atque acerbum luctum laetam, ut imbiberent auribus et animo, quae narrabat Georgiolus. Estne ipse? dicebant videntes tam eleganter uestitum, et auctum statura. Jamque multum noctis abierat et tamen fenestrae casulae adhuc erant illustres. Nequedum dimidiam rerum partem Georgius persecutus erat, cum tempus venit dimittendi hospites et eundi cubitum.

Sic finis erat impositus acerbissimis doloribus, quibus parentum et propinquorum animi discruciantur toto tempore longae incertaeque absentiae filii. Res erat plenissima lacrimarum, quam, sublata jam maestitiae causa, libenter praetermittimus. Et haec faciam narrandi cum tribus verbis quae postea facta sunt, dixero. Qui scripsit errationem Georgii italicice, Uguccionius, dicit se oculis vidisse bellissimam epistolam Tommii — quem proprio nomine Bobbium, Robertulum, vocare oportet — scriptam ea dialeto Gallica, quam Georgius intellegere cooperat, obscura fortasse academicis Galliae. In ipsa epistola erat: matrem Bobbii ex religione protestantica ad vitam catholicam reddituram esse, quemadmodum Deiparae vivisset, si sibi in brachia reduxisset filium. Acceptaverat autem eaelestis Virgo condicionem, et matrona anglica non dubitavit praestare fidem. Et misit ad directorem collegii Taurinensis sarcinam in qua erat fabrefacta quadrula votiva, quam suspendi volebat apud tot alias in ecclesia Matris Auxiliatrixis, testes acceptarum per Virginem gratiarum. In ea igitur quadrula splendet aureum cor et subscribunt litterae primae trium nominum, quae adnoscant scilicet, qui hæc gesta legerint.

Mater illa caelestis, inquit Georgius, aliud quoddam cor exspectat, quod dedicem ego, quod non sit aureum aut argenteum cor, sed palpitans, memor reddenda gratiae, et factus sacerdos...

Reversus in collegium, unde fugerat, ad studia, post tres annos, si Deus voluerit, dignitate sacerdotali ornabitur et vitam anno 1935 addictam caedi ministerio impendet Christi.

(*Finis*)

ANDREAS HABERL, V. S. J.

BIBLIOGRAPHIA

Vox. — *Diccionario General ilustrado de la Lengua Española*, Prólogo de R. Menéndez Pidal y revisión de S. Gili Gaya. Editorial Spes, Paseo del Emperador Carlos I. 149. Barcelona. 100 ptas

Domus editrix SPES alumnorum atque eruditorum manibus optima lexica et latina et graeca et hispanica concordare voluit. Quod vero recens evulgavit est dictionarium linguae hispanicae, ilisque in primis ornatur virtutibus: significaciones ordine et ratione exponuntur; vocis origo notatione seu etymologia passim illustratur*; praefixa aliaque quae voces compositas ac derivatas efficiunt, explicantur; grammaticae paradigmata et compendiola hinc inde inveniuntur, quibus lector de notis accentus, de syllabis, de complementis, de verborum conjugatione, de derivatis, ceteris, clare edocetur; voces, quae ad artes scientiasque spectant, accurate definiuntur; vocabula et locutiones, quae barbare proferuntur vel novitatis virtio laborant, quaeque difficultates parere possunt in diminutivis et conjugatione, notantur; picturis denique affabre elaboratis ornatur, quae tamen non singulis vocibus respondent, sed plures res congeruntur similes, quae una pictura explicantur; sic facilis rerum discrimen perspicitur et aptior vox seligitur.

In appendice praecipuae voces hispanicae - americanae prostant, nomina deinde - quamquam pauca sunt - geographicæ et gentilicia, et tandem voces et locutiones latinae et exteræ.

Duae tamen praefationes, quin reconstituantur, omitti nequeunt. Dnus S. Gili Gaya, quam secuti sint auctores rationem in conficiendo opere, exponit, quaeque in proximas editiones vota sint atque retractationes perficienda. Clarissimus vero magister Menéndez Pidal -qua es doctrina excultus- significat quibus scateant vitiis nostra lexica et quo modo in perfectiore rationem sive Academicum sive alia redigenda. Notandum Clm. viri consilium qui quidem amplius profert iudicium in novis et exteris vocibus in corpus linguae ingendum. Utinam Domus Editrix SPES vota atque praecepta clm. scriptoris -quae in praefatione exstant- in ceteris editionibus adimpleat Interim et parvum lexicum hispanicum exspectamus, quod mole imminutum pretio quoque facilis ab alumnis emi possit.

Martínez Ayala. — *Diccionario escolar latino-español y español-latino*. Editorial Bibliográfica española, Barquillo 9. Madrid.

Librorum atque vocabulariorum copia, quae ad alumnos latinitatis erudiendos eduntur, in dies excrescit. No-


* Quaedam notationes seu etymologiae recognoscendae sunt: *badajo* ex *bat(u)aculu*, non ex *batilla*, *harina* ex *farina*, non ex *far*, *quizás* ex *qui sabe*, *qui sub*, *mellus* quam ex *qui sapit*; *meyer-Lübke* et Dr. *GRIERA* aut ex *ad unum* derivant, quamquam *Diez* et *MENÉNDEZ PIDAL* adhuc defendant cfr. *MENÉNDEZ PIDAL*, *Manual de Gramática Hist. Española*

VINOS de MISA

J. DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza

E X Q U I S I T A C A L I D A D

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

HIJO DE QUINTIN RUIZ DE GAUNA

Velas Litúrgicas para el Culto

Economía increíble usando mis velas especiales con el
CAPITEL GAUNA patentado.

LÁMPARA DE CERA «GAUNA» para alumbrado del Tabernáculo, de cuatro
días de duración. ¡LIMPIEZA ABSOLUTA! ¡TRANQUILIDAD COMPLETA!

V I T O R I A (Alava)

FOTOGRABADOS

M. SOLANO



Aribau, 9, interior - Teléfono, 30255

BARCELONA

Lapiceros Mecánicos y de
cuatro colores
Plumillas oro 14 k.
y chapadas
Fornituras en General

Casa
Teflocan

PLUMAS Estilográficas
Ventas al Mayor
Fontanella, 10, 2.^o, 2.^a
Teléfono 23750
BARCELONA

ENCUADERNACIÓN, EDITORIAL Y PARTICULAR

J. NAVARRO

MATILDE, 7

BARCELONA (G.)

TEL. 78193

En las compras haced referencia a PALAESTRA LATINA

vum —quartum typis expresum—, est lexicon latinum —hispanicum et hispanicum— latinum, quod tamen breviore mole contrahitur. Plura eaque optima invenies: in vocibus significaciones et locutiones traduntur; quibusdam tamen nævulis opus foedatur: quaedam potius expungenda essent, ut *acetarium*,

acrementum, *acupictile*; non nullae significaciones in optimis lexicis non reperfuntur, ut *acroama: cuentos alegres, cuestiones sutiles de filosofia, adamare: aprobar, acariciar interiormente.* — Quae in aliis editionibus retractata opus, utile futurum speramus.

JOSÉPHUS M. TRISTANIUS, C. M. F.

Exercitationes Scholares

Horatii et Curiatii

Foedere percusso, captisque armis,
trigemini bellum apparant. Adhortati a
suis et feroce suopte ingento, in me-
dium inter duas acies procedunt. Duo
exercitus stant, pendentes animo ab
armis ac virtute suorum. Confestim
datur signum, et terni juvenes sicut
magna acies animisque totius exercitus
concurrunt. Omnes ad unum, partes si-
bi commendatas intuentur: patriam aut
in servitutem aut in imperium redigen-
dam. Ut primum arma inter se collidunt
et micantes gladii fulgent, horror ingens
spectantium artus occupat, et dubia
spe, vox faucibus haeret. Manum deinde
quisque cum hoste confert et jam non
tantum corporum motus et micantium
armorum nitor, sed vulnera quoque et
sanguis in publicum prodeunt; nam duo
romani, postquam gravia vulnera in tres
albanos infligerant, inter dimicandum
alius super alium cadunt. Quam ob rem
albanus exercitus magno cum gudio
conclamat. Et jam spes tota, non vero
cura a romantis legionibus digreditur,
fractis animo vice unius quem tres Cu-
riatii circumdederant. Forte is incolu-
mis e periculo evaserat, et quamquam
solus impar universis, tamen ferocissi-
mus in singulos. Itaque effugit ut pug-
nam dirimeret. Longeque a pugnae loco
respicit, et videns unum ex illis haud
procul ab sese, reddit in eum magno im-
petu. Et dum Curiatii celerant opem
fratri, jam Horatius vixit, secundam
pugnam parat. Ac priusquam alter ad-

veniat et secundum conficit. Singuli
tantum supersunt, sed nequaquam pa-
res. Alter integer et propter duas victo-
rias assecutas maxime ferox; alter vero,
tum vulnere, tum præcipue, cursu
fessus ad victoris hostis genua se pro-
volvit. Sed is, insolens atque superbus,
nulla pietate, eum gladio transfodit.
Tum demum jacente spoliato, romani,
festivis clamoribus in Horatii laudem
valde personant, tota usque Romam
via.

JEST'S ASPA, C. M. F.

Barbastri Vi c. alumnus

Tempestas

Nubibus densis operitur aether,
Protegit phoebus faciem pudicus
Ignei interdum variant colores
Aethera sursum.

Nubilum caelum resonat fragore,
Fulgura emitunt fluvios nitoris.
Atra jam nubes recipit diemque
Sed quoque caelum.

Saevis extollit boreas susurrus
Anxi tandem fugluntque cuncti
Influent fontes gelidarum aquarum
Desuper arvum.

Passerumque agmen vario colore,
Effugit demens, latebraeque desunt
Amnis immensus cumulatur illic
Imbre citato.

FRANCISCUS VIVES, C. M. P.

Barbastri, IVi. c. alumnus

Robur animi Senatus Romani

Post pugnam ad cannas commissam, Hannibal octo milia romanorum penes se tenebat, non ex illis, quos in acie cepisset, nec qui effugissent ad mortem certam vitandam sed ex illis qui in acie a Lucio Aemilio Paulo et Marco Terentio Varrone consultbus relictis essent. Senatus, cum exigua pecunia captos recuperare posset, ut vincere aut mori militibus romanis insitum esset, facere noluit. Qua re audita —Polybius historicus narrat—, Hannibal animus fractus est, cum Senatus populusque romanus in adversis rebus tantam animi elationem servaret.

C. M.ª ARIZ, C. M. P.

Barbastri, Vi e. latinitatis.

Tu gubernator...

Apud lacum passercult exorientem solem salutant. Aurea nube implexi, viâ, quae ex superioribus montibus in lacus ripam se ingerit, dulcis «Rabbi» ejusque discipuli, descendunt. Unde aquaque alti montes prospiciuntur; tamen juxta Jesu pedes caeruleus lacus patescit velut oppressus gîgas.

—Magister, ait Petrus, quid nos vis facere?

—Ei Jesus: duc in altum.

Retinacula Petrus, expertus nauta, solvit et scaphula, leniter fluctibus agitata, lacum placidum, scindit.

Apud proram «Rabbi» sedens, quid fieri vellet edocet discipulos: miram eamque divinam navem aedificabo. Petrus, Jesum intuitus, visne, ait, Magister, eam ducam!

—Nescis, Simon, tunc Jesus, nescis vero quid a me quaeris; sed amen amen dico tibi, tu scaphae meae eris gubernator. Et tu in Paradisi portum duces navem Ecclesiae meae.

EDUARDUS CANALS, C. M. P.

Barbastri, Vi cursus alumnus

SOLUTIO FASCICULI SUPERIORIS (*ex jocosis*):
RHÔNIBUS ARITHMETICUS: *Germanicus*.

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. Ilerdensi

De lactariorum Quixoti casu

Memoria proditur Quixotum. Sanctum clamare, ut sibi galeam adduceret. Sanctius vero pastores quosdam petierat, qui lactaria venderent.

Insectatus vero ob nimiam Quixotum festinationem, quid faceret nesciebat de lactariis illis nec quo afferret loco; at ea perdere nefas esset —erant enim in pecunia numerata—. In heri igitur galea lactaria locavit, redditique ad Quixotum, quid vellet, interrogans.

Tum Quixotus Sanctio: da mihi, ait, galeam; necesse est enim ut cito pugnem. Huc, illuc, Sanctius aspergit, nihilque vidit nisi vehiculum: ad eos approxinans, duo vel tria signa vehens; attenuam Quixoto, galeam, lactaria continentem, dat.

Cum eam Quixotus accepisset, celeriter capiti imposuit Lactaria illa compressa sunt, et subito serum per totam Quixotum faciem mentumque labi coepit. Ita metu expavit ut Sanctio diceret: Quid est hoc? Liquefit mihi cerebrum? an sudorem emitto a vertice ad pedes? Si enim sudo certe non metu; haud dubium, horrificum casum esse, judico. Tribue aliquid, si habes, ut me emundem, nam sudor me oculis privat.

Tacuit Sanctius et illi pannum, gratiasque Deo dedit Post munditatem, Quixotus galeam, ut pateret qua de causa caput frigefaciebat, detraxit. Cito alba illa lactaria apparuerunt: tunc et rigide et iracunde Sanctum reprehendit: perfide, abjecte, demensque!

Sanctius caput demisit et postea hero Quixoto: Si certe lactaria sunt, inquit, da mihi, quaeso, ea, nam ego manducabo.

F. BOSOR, C. M. P.

Barbastri, Vi cursus latinitatis.